UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

Timor ille mortis qui natura est, magnanimitati non repugnat. Sola formido mortis voluntaria, si rationi contraria sit, vitiosa est & inertiæ notam secum trahit. Colloq. XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50753

Visual Library

ſibi præſtitum gratulans viam ad primam rupem capit, catuliſq; profugæ repertis qui in exiguo illo loculo quo diximus luſitabant, & matrem ſuam expectabant, in prædam omnes aufert & ſocijs donat, cum quibus attonitus iuxta ac hilaris in pagum rediens, ſpolium & liuorem reportat.

Timor ille mortis qui à natura eſt, magnanimitati non repugnat.

Sola formido mortis voluntaria, ſi rationi contraria ſit, vitioſa eſt & inertiæ notam ſecum trahit.

COLLOQVIVM XIII.

THEOL. CONSTAT ergo nunc opino natura timorem iſtum vt cuſtodem vitæ animantibus adiunctum eſſe voluiſſe, quo omnibu quibus à natura modis inſtructę ſu illud operam dent, vt mortem eu tent, & ſeſe ipſas conſeruent: vnd & illud ſequitur nulli eum vitio a virtuti affinẽ eſſe, nihilq; in ſe con tinere propter quod vel magnope laudari vel mediocriter poſſit vit per

perari, niſi cum aliquid ei acceſſerit, cuius cauſa min' laudabilis, aut laudatior paulò eſſe iudicetur, quo quidẽ reliquæ omnes quæ à natura paſſiones proficiſcuntur, dicimus eſſe comprehenſas atque affctas. Itaque cum Alexãder ille Macedo ſub certaminis initium tremebat, formido iſta culpam planè nullam habebat cur accuſanda eſſe videretur: ſuperabat enim iſtam cõtinuò animi ſui magnitudine, & velut ſe indignam eijciebat: merebatur autem laudem potius cum naturam ſibi repugnantem ad ſuum inſtitutum flectebat, & animo ſuo obſequi cõpellebat. Miles verò qui mortem timens acie exceſſerit, iuſto in bello dilapſus fuerit, eiuſque finem felicem poſt ſepẽ fallens expectarit: hic reuera vituperio ac reprehenſione dignum facinus agit, non quia mortem timet, ſed quia naturali hoc metu ad inertiam abutitur, ſordidiſſimeque legum Dei, & patriæ cauſam ac defenſionem perdere non veretur.

Miles acie excedens, pœna dignus.